



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 14. Sorbonæ deliberatio super has Regis epistolam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.

A. C. 1729.

§. XIV.

Sorbonæ deliberatio super hanc Regis epistolam.

Receptis hisce literis Facultas Theologica die quarta Novembris generalia habuit comitia, in quibus Romignyus Sorbonæ Syndicus declarabat, sibi a Rege transmissam esse epistolam, injunctumque, ut eam in pleno Doctorum confessu prælegi curaret: annuentibus igitur cunctis, Facultatis Theologicæ Scriba illam alta voce prælegit: Tum vero Syndicus Decanum, ceterosque Magistros his verbis allocutus est: „Si ad Nos dirigerentur literæ Regiæ, quæ juberent statim solvi Comiticia nostra, ut aliquando contigit, obtemperandum esset illico, & a Comiticiis recedendum. Neque enim ulla, ut scitis, possunt celebrari, quæcumque sint in Regno publica Comiticia, nisi in quantum finit summa Regis auctoritas; ipsa autem re-nuente, sine mora ab habendis Comiticiis, aut, si incepta fuerint, per-agendis, abstinendum.„

„Cum igitur non pauci ex hoc Ordine hic adsint præsentibus in Comiticiis, quibus nunc licitum non est, vetante Rege, donec aliter jubeat eadem

„ eadem auctoritas, iis interesse; ne
 „ que jam aliis fas sit pati, ut in eo
 „ rum præsentia Comitia nostra celeb- Sæc. XVIII.
A. C. 1729.
 „ rentur, ne ex utraque parte peccetur
 „ tur contra reverentiam mandatis Regiis
 „ debitam, seu potius ut omnes
 „ simul Regiæ obtemperemus voluntati.
 „ (Quibus enim magis convenit sese præ-
 „ stare obsequentes, quam iis, quibus
 „ incumbit & verbo & exemplo docere
 „ cæteros, non esse potestati resistentem,
 „ dum, cum teste Apostolo, id nihil aliud
 „ sit quam *ordinationi Dei resistere.*)

„ His (inquam) in circumstantiis
 „ existimo, satius esse convenientius-
 „ que, ut hodierna Comitia ad aliam
 „ diem, nempe octavam, hujus Mensis,
 „ prorogentur; nec ista, utpote
 „ opportuna ac necessaria, displicebit
 „ dilatio.

„ lis autem Comitiis pro suo erga
 „ Regem, cujus voluntas innotescit,
 „ fideli ac prompto obsequio, non intererunt,
 „ qui interesse non debent,
 „ & curabo ego interim, sicut imperatum
 „ est mihi, & officium, quo fungor,
 „ exigit, ut jussa Regia executioni
 „ demandentur.

„ Postulo itaque, ut venerandus
 „ Dominus Decanus, velit præsentia
 „ Comitia ad diem Martis hebdomadæ
 „ *Hist. Eccles. Tom. LXXIII.* D „sub-

Sæc. XVIII „subsequentis remittere, nos vero om-
 A. C. 1729. „nes in pace recedamus.,,

§. XV.

*Sacræ Facultatis comitia hanc in
 rem habita.*

Percepta Synodi postulatione Facul-
 tatis Decanus, ex communi om-
 nium assensu comitia ad diem octavam
 Novembris prorogavit: Præstituta au-
 tem die denuo Syndicus ad congrega-
 tos ita effatus est:

*Venerabilis Domine Decane, Patres
 & Magistri spectatissimi.*

„Perlecta in nuperis comitiis epi-
 „stola Regia quam audivistis, potuif-
 „sem pro officio, quo fungor, statim
 „postulare, ut quicumque præsentis
 „aderant, quibus, vetante Rege, lici-
 „tum amplius non erat remanere, ab
 „Aula discederent, & quæ habebam
 „proponenda, vestræ, ut moris est, de-
 „liberationi subicere; non vero petere ut
 „dirimerentur, sicuti factum est, ge-
 „neralia Comitia ad res sacræ Facul-
 „tatis peragendas rite & stata die con-
 „gregata.,,

„Verum, dicam ingenue, inurba-
 „num fuisset admodum novam hanc
 „affli-